17

Gregorius XIII. Pontif. Max. Stephano Primo Poloniae Regi.

Charissime in Christo Fili Noster, Salutem et Apostolicam benedictionem. — Misit proprium ad Nos Legatum Moschorum Dux cum Literis, et mandatis; qua de re curavimus M^tem^ tuam certiorem fieri per Nuncium Nostrum. Remittimus Legatum, cumq́ eo dilectum filium Antonium Possevinum Theologum et Sacerdotem Sodalitatis Jesu prudentia et fide spectatissima, multisq in rebus Nobis probatum, atq ad gravissima quaeq DEI gloriae et communis boni causa tractanda paratissimum, aptissimumq et tuae M^ti^ optimè cognitum; qua etiam de causa ipsius opera ad hoc negocium libentissimè utimur. Cupimus igitur, ut ejus verbis omnem fidem tribuas, super negocio pacificationis tantoperè à Moscho expetitae: superq fide, quam idem Moschus postulat Legato suo concedi securè ad se redeundi; qua etiam fide idem Possevinus indigebit: deniq super omnibus rebus, de quibus tecum aget Nostro nomine. — Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Marty MDLXXXI. Pontificatus Nostri Anno nono.

Z BIBLIOTEKI PUŁAWSKIEY NA CZARTORYSKICH